

**1982**

**L**

**1125**



*9*

CHRISTOPHORI TIMOTHEI SEIDELII  
COMMENTATIO  
DE  
INHABITATIONE SPIRITVS SANCTI  
RESVSCITATIONIS CORPORIS FIDE-  
LIVM FUNDAMENTO,  
ET  
OPERE SPIRITVS SANCTI IN RESVSCITATIONE  
FIDELIVM PERFCIENDO.



---

HELMSTADII,  
EX OFFICINA SHCNORRIANA  
MDCCXXXVI.



82 L 1725





orpora fidelium in cineres redacta,  
ēv τῇ ἔχαρτῃ ημέρῃ vi meriti Christi  
ad vitam reuocanda esse, ipse Ser-  
uator noster diuinae suae vocis o-  
raculo cauet, Joh. XI. 25. inquiens:  
ἔγω εἰμι ἡ αὐθεντὸς νοήση ζωῆς. ὁ πι-  
στεύων εἰς εὐηγέρτειαν, ζήσεται.  
Nec etiam illi a vero aberrant, qui  
impiorum quoque resurrectionem  
ex λύτρᾳ Christi pro hominibus praestito, deriuarunt, in-  
ter quos imprimis piae memoriae in hac Academia est The-  
ologus HENRICVS BOETHIVS (a), in quem FRIDERI-  
CUS BALDVINVS censorium (b) opus suscepit. Distin-

A 2

guen-

(a) V. HENR. BOETHII tractatum peculiarem de resurrectione impio-  
rum, & ejusd. breue in pericopen, 1614 edit.

(b) In censura quæstion. de resurrectione impiorum contra Boe-  
thium.

guenda videlicet sunt, ea, quae toti generi humano per Christum paranda erant, ut ad fidem & aliquando ad vitam aeternam peruenire possent, ad quae vocatio vniuersalis omnium gentium & resurrectio ex mortuis pertinent: ab iis, quae credentibus per meritum Christi fide adprehensum ipso actu conferenda sunt, in quorum numerum resurrectio ad vitam aeternam referenda est. Eodem igitur iure, quo yocationem vniuersalem merito Christi tribuimus: eodem etiam, virtute huius meriti, impios resurrecturos esse, citra omnem iniuriam, citra errorem pronuntiare possumus. Licet vero credentes meritum Seruatoris vnicam illam & omnibus numeris absolutam causam moritorum restitutionis corporis sui adgnoscant, & huic tamquam immobilis ἐλπίδος τῆς ἀποκατέστασης ἐν τοῖς οὐρανοῖς suae fundamento innitantur: insuper tamen sacrae paginae aliam adhuc corporis fidelium ex morte reuocandi causam constituant, vt eo maiori fideles πληρωφόροι imbuant de hoc fidei christiana articulo, qui, quod IOACHIMVS noster HILDEBRANDVS ἐμμελεῖτε recte censet, (a) est Christianorum in aduersitate fiducia, spes Israelis, columna ecclesiae, thesaurus bonae spei, radix τῆς ἀγάπης, & pietatis vniuersae σύνασης καὶ ἔδειξη, solarium denique morientium. Et haec quidem causa est Inhabitatio Spiritus sancti in fidelibus. De hac enim Diuus PAULUS, qui in eo totus est, vt nobis spem ἀναστάσεως & vitae melioris & nitidioris ostentaret, in Epist. Pauli ad Romanos C. VIII. comm. vndecimo, verbis omnem aestimationem excedentibus vtitur: Εἴ δὲ τὸ σπένδατο τὸν ἐγείραντος Ἰησοῦν ἐν νεκρῷ δινεῖ ἐν ὑμῖν, ὁ ἐργάζεται τὸν Χειρὸν ἐκ νεκρῶν, ζωποίοτε μὴ τὰ θυντὰ σώματα ὑμῶν, διὸ τὸν ἐνοικοῦντος αὐτῶν πνεύματος ἐν ὑμῖν. Quae B. I. V T H E R V S ita verit: So nun der Geist des/ der Jesum von den Todten auferwecket hat / in euch wohnet:/ so wird auch derselbige / der Jesum von den Todten auferwecke/ hat / eure sterbliche Leiber lebendig machen / um des willen/ das

---

(a) In Theolog. dogmatica, p. m. 195.

dass sein Geist in euch wohnet. Quum itaque, *Commilitones carissimi*, officii mei ratio efflagit, ut ad piam festi Spiritus sancti celebrationem vos excitarem: ex hoc diuino oraculo, *Inhabitationem Spiritus sancti in fidelibus*, fundamentum refuscitandum aliquando eorum corporum esse, vobis proponam. Et hoc equidem opus eo maiori animi alacritate adgredior; cum hanc materiam tanti momenti, tam plenam solatii, tam ad studium pietatis facientem, a quodam Ecclesiae nostrae Doctorum e re pertractatam esse, non inuenierim. Prius, quam ad ipsam verborum Apostoli considerationem nos recipimus, res nobis cum illis conficienda erit, quos verba Apostoli in sensum alienum trahere conspicimus. Sunt etenim nonnulli, qui verba haecce Apostoli interpretando explanarunt, existimantes, quod Paullo in hoc loco de vita spirituali in hominibus producenda, sermo fit. Ita praeter PISCATOREM (a) TOSSANVM (b) & ROBERTVM GELLVM (c), IOHANNES

(a) V. Ioh. Piscatoris Analyses logicae theologicae ad plerosque S. Codicis libros, praefertim N. Testamenti ad h. l.

(b) V. Tossani Biblia ad h. l.

(c) V. Roberti Gelli überbliebene Brocken, ex versione german. Berleburg. 1724. ed. p. 149. Nachdem der Apostel im siebenden Capitel den Zustand eines Menschen, der noch unter dem Gesetz steht, beschrieben hatte, (welches einige sehr übel verstehen und erbärmlich missbrauchen, gleich als ob es eine Beschreibung eines ganz vollkommen widergeborenen Menschen wäre, da doch neder Christi noch seines Geistes durch den ganzen Disput, vom zten bis zum 25ten Vers nicht einmal gedacht wird;) so beschreibt Er numero im achten Capitel den Zustand derer, welche unter der Gnade Christi sind; in welchen keine Verurtheilung ist, als die nicht nach dem Fleische wandeln, sondern nach dem Geiste. In diesen wütet der Geist der Gnade Leben und Frieden im innerdigen Menschen, das sie erkennen mögen, ob sie Christum und seinen Geist in ihnen haben oder nicht. Derjenige Leib, in welchem die Seele lebet, regiert und herrschet, ist tot, weil die Sünde in denselben tott ist. Der Geist aber lebet darinnen, weil die Gerechtigkeit durch Gottes Gnade angenommen ist, und dar-

NES MARCKIVS (a), & Venerabilis LÖSCHERVS (b), alii quoque complures sentiunt. Verum, de vita corporis fidelium exspectanda, Apostolum in his verbis agere, ante pedes est, si ipsas, quibus Paullus vititur, *loquendi formulas*, *si scopum*, quem sibi praefixum habuit, apud animum cogitauerimus. *Idioma paullinum* nos satis confirmat, quod Apostolus de negotio olim peragendo agat, dum dicit, *ζωοτονίσει τῇ τα ἔντει σώματα ὑπὸν*. Si de *vita gratiae* Apostolus verba facere voluisse, praeteritum ipse adhibendum, atque dicendum fuisset, in creditibus nullum esse *κατάναγμα*, quia Spiritus Sanctus ipsos inhabitans, eos *εἰωραπόντε*, spiritualiter *resuscitauerit*, & mortalia eorum corpora *viuiscauerit*, ut instrumenta sint prompta, ad actus d' eo in Christo gratos peragendos, adhibenda. Eadem ratione, qua Apostolus Epheciis cogitationem de viuificatione eorum spirituali subiicit, in Epistola ad Ephes. Cap. II. comm. 5. *ὅτες ὑπὸς νεκρὸς τοῖς πατέστωματι, συνεζωπονίστε τῷ Χριστῷ*, & comm. 6. *καὶ συνήγειρες καὶ συνενθήσετε ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*. Eodem modo, quo Colossensibus resurrectionem eorum spiritualem ad annum reuocat, in Epistola ad Colossenses Cap. II. comm. 13. *καὶ ὑπὸς νεκρὸς ὅτες ἐν τοῖς πατέστωματι - συνεζωπονίστε τὸν αὐτῷ*. Sed Apostolus ad illos verba facit, qui iam vita spirituali donati erant. Vbi enim Spiritus sanctus hominem inhabitat, ibi viuificatio non peragenda, sed peracta est. Nam Spiritus sanctus domicilium suum in iis habet, quos ex morte reuocauit, & in quibus vitam spiritualem operatus est. Satis igitur liquet, quod Apostolus in his verbis, de re vitam spiritualem & inhabitacionem Spiritus sancti post longum demum interuallum subsequitur, loquatur, & hinc dicit *ζωοτονίσει*. Ex parte haec

---

innen lebet, und also den Todten oder in Adam verbliebenen Leib aufweckt, oder lebendig macht.

(a) In exercitat. textualibus. p. 384.-

(b) In den Evangelischen Zehenten, item Zehent. p. 164.

haec iam B. IACOBO WELLERO (a) obseruata sunt. Quae ex ipsis loquendi formulis a Paullo adhibitis colle-gimus, magis adhuc conspicua euident: Si ad *scopum*, quem vir sanctus in his verbis intendit, cogitationes no-straras adplicauerimus. Quid Apostolus in integro hoc capi-te velit, ex primo & secundo eius commate dijudicandum est. Ex antecedentibus axioma sequens colligit; & vterius probandum proponit: Όυδεν ἀρά τὴν κατάκριμα τοῖς εἰν Χριστῷ Ἰησοῦν, μὴ κατὰ σάρκα περιπατεύοντιν, ἀλλα κατὰ πνεύμα. οὐ γάρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς εἰν Χριστῷ Ἰησοῦν, πλευ-σέσθω με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς σίμαρτιας καὶ τοῦ θανάτου. Nihil ergo nunc condemnationis est iis, qui in Christo Iesu, non secundum carnem ambulant, sed secundum spiritum. Nam Lex Spiritus vitae in Christo Iesu me liberauit a lege peccati & mortis. Incumbebat itaque Apostolo, ut probatam daret li-beratem fidelium a lege peccati & mortis. Probat vir diui-nus, credentes in Christum εἰπὼ τὸν νόμου τῆς σίμαρτιας, ἀπὸ ἑτέρου νόμου εἰν τοῖς μελεσὶ (τῶν ἀνθρώπων) ἀντιρρατεύμενον τῷ νέῳ τῷ νοῦ Rom. VII. 23. exemptos esse. Testimonium adhibet, ipsum fidelium statum, qui οὐκ εἰσὶν εἰν σαρκὶ, αλλ' εἰν πνεύματi. v. 9. Jam vero altera quaestio cum magna dif-ficultate coniuncta exoriebatur: an credentes in Christum,

a lege

(a) In annotationibus in Epistolam ad Romanos, ad h. l. Qui-dam τὸ ζωονήσει referunt ad renouationem naturae corruptae, seu vivificationem spiritualem. Verum in graeco est futurum ζωονήσει. At renouatio non consequitur demum post longius temporis intervallum Spiritus sancti inhabitationem, sed imme-diata cum Spiritus sancti inhabitatione gratiosa est coniuncta. Melius, si cum B. Gerhardo & aliis orthodoxis de ipsa resuscita-tione & vivificatione ad vitam aeternam intelligamus, quafi Apostolus diceret, ius resurgendi consequitur, non ex sola vi-nione hypostatica, quae Christo soli propria est, quia propria virtute resurrexit, sed etiam ex gratia iustificante, per quam Spiritus sanctus inhabitat in nobis; ac proinde sicut Christus re-surrexit, ita, qui ab ipso Spiritum sanctum accipiunt, corpora viuentia habent, quae perire nullo modo possunt.

a lege etiam *mortis* immunes sint. Huic enim obstabat quotidiana experientia, qua credentes etiam in Christum, rebus humanis eripi, negari haud poterat. Paulus itaque alteram etiam, quam probandam sibi sumferat, veritatem adfirmat, & πιστεύοντας εἰπὼν τὸν νόμου τὸν Θεούτον libera-tos esse, altius dedit. Commate itaque decimo in genere credentes certos atque confirmatos reddit, ipsis, licet propter peccatum naturae debitum reddere teneantur, Spiritum tamen sanctum testimonium perhibere, quod corpora morti obnoxia aliquando ad vitam restauranda sint. Hoc enim sensu verba comm. 10. (εἰ δὲ Χριστὸς ἐν ψυχῇ, τῷ μὲν σώμα τερψὶ διαμαρτίου, τῷ δὲ πνέωνα, λόγῳ δικαιούντων. Si igitur Christus in vobis, corpus quidem mortuum propter peccatum, Spiritus vero vita, propter Justitiam) cum L' ENFANTIO & BEAVSOBRIOS(a) accipere consultissimum ducimus, in quam etiam sententiam felicissimum sacrarum paginarum interpretationem MATTHIAM FLACIVM inclinare, videmus. Haec igitur nunc vltierius explicat Apostolus, in verbis, quorum interpretationem suscepimus dum dicit: *Si vero Spiritus eius, qui Jesum resuscitauit ex mortuis, habitat in vobis: is, qui resuscitauit Christum ex mortuis, viuiscabit etiam mortua corpora vestra, propter inhabitantem suum spiritum in vobis.* Et sic ex ipsa scopi apostolici consideratione in aprico erit, Apolo mentem non esse, de resuscitatione Spirituali heic agere, sed de corporis restitutione ipsi sermonem esse(b). Neque

(a) Dans le nouveau testament ad h.l. L'esprit est vie, c'est à dire, auteur de vie. Les Verses suivants confirment cette explication. On peut aussi l' entendre simplement de ce, que l' Esprit lui est une assurance d' immortalité. Conferez, 1. Cor. XV. 45. Ephes. I. 13. 14. IV. 30.

(b) In gloria super Nov. Testamentum, p.m. 708. Post definitio-nem spiritualium, iam pergit etiam alias eorum conditions ac sortem indicare, atque hic docet, quatenus aut vivere aut mori debeant. Redissime postis dicere, quod concludens praece-dentia, redeat ad principalem propositionem, quod iustificatis

Neque etiam contemnendum est argumentum CHRISTIANI SCHÖTTGENII (a), Paullum hoc loco non de resurrectione spirituali, sed de illa agere, qua corpora priorum ad vitam aeternam excitabuntur, exinde euincentis, quod Judaei per ~~הַחִיָּה וְהַמֵּתֶה~~ semper resurrectionem piorum intelligent. Paullum etenim, quod HUGO GRO-

B

TIVS

nulla sit damnatio aut mors metuenda, quam hic concludit: sed tamen cum quadam distinctione, quod corpus nihilominus temporalius adfili spiritui morie tandem debeat, sed spiritus careat omni spirituali morte. -- Quod autem hic agatur de corporali morte huius vitae hominis, non de spirituali veteris Adami, ex sequenti correctione liquet. Corrigit, quod dixerat de morte corporis & huius vitae, ne & de eius quoque partis salute desperaremus, adfirmans & probans, id quoque resurrectarum esse ad gloriam alterius vitae. Probat autem illud indicis. Primo, quia spiritus dei non frustra in mortali nostro corpore inhabitat, sed ut id sanctificet & vivificet, sitque ei pignus futurae vitae ac resurrectionis. Ait igitur, DEVM viuificaturum eorum corpora per spiritum sanctum inhabitantem.

(a) In horis hebraic. & talmudic ad Nou. Testam. P. I. p. m. 528. Resuscitationem ex mortuis (Ebraei) spiritui S. adscribunt. Sche-moth rabba sect. 48 fol. 142. Tanchuma fol 38 3. Dixit DEVS S. B. ad Israelitas: in hoc mundo spiritus meus dedit vobis sapientiam, sed in futurum רוח מורה אח'ך spiritus meus viuificabit vos, q. d. Ezech. XXXVII. 6. Et dabo spiritum meum in vobis, & viuetis Et in loco Schi haSchirim rabba רוח הקורש מביך לירוי המתים spiritus sanctus nos perducet ad resurrectionem mortuorum. מורה הנעלם in so-har chadasch fol. 15. 4. R. Iehuda fil. Pashi obuiam venit R. Nachmano dicens ipsi אוטו הרוח ששותך הק'ב' להחיותך Ille spiritus, per quem DEVS S. B. resuscitatus est mortuus, qualis nam est? Respondit ille רוח אספקלריא ח' רוח שערת מעה Est spiritus specularis superai, a quo homines scientiam veram accipiunt. Vnde vero hoc nouimus? R. ex loco Ezech. XXXVII. 6. Et dabo spiritum meum in vos & viuetis. Non dicit רוח spiritum sed רוח spiritum meum illum scil. Non dicit רוח spiritum meum illum scil. שנאן אל מאספקלריא של' meo.

TIVS bene obseruat, ad Ebraeorum loquendi formulas, sibi maxime familiares, illis quoque, ad quos scribebat, ex magna parte haud ignotas, mentem suam adplicasse, quis dubitabit? Certum igitur est, Apostolum, *corpus fidelium propter inhabitationem Spiritus sancti vitae restituendum esse*, statuere.

*Concedit* Apostolus haec verba cum *antecedentibus*, per particulas ei δε, si vero, ad quas οντι se se refert. *Ei δε ειναι - οντι ζωωντες*. Harum particularum compositione, vel conditionem, sub qua res quaedam expeditanda est Matth. VI. 1. vel certissimum rei eventum, propter passionem inter partes sancitam Joh. XIII. 32. vel consequiam unius rei ex alia Joh. XIV. 7. vel ea, quae dignitati atque meritis cuiusdam respondent, Joh. XIII. 7. vel necessarium nexum, qui *causam & effectum* intercedit, Matth. XII. 7. X. 25. denotat. Per istarum itaque particularum coniunctionem Apostolus declarat: quod *inhabitationis* Spiritus sancti in fidelibus sit lex atque *conditio*, sub qua fideles de resurrectione corporis sui ad aeternam gloriam, spem sibi concipere possint; quod sanctissimae Triados personae inter se *conuenient*, de reuocatione corporis ad vitam, illorum, quorum corpora in his terris Spiritus sancti domicilium fuerunt; quod a doctrina de Inhabitatione Spiritus sancti, ad doctrinam de corpore fidelibus restituendo, necessaria sit *consequentia*; quod *Maiestatis* inhabitantis πνευματος, & dignitati eorum, qui eius habitaculum fuerunt, resuscitatio corporis eorum demortui respondeat; quod inhabitationis Spiritus sancti *causa* sit resurrectionis σώματος των νεκρων τεσσαρων ελεγχήτων, FRANCIS CVS IVLIVS LÜTKENS (a) pronuntiavit. Iam vero ipsam

ver-

(a) In der anschliesslichen Erklärung des achten Capitels des Briefes Pauli an die Römer, p. m. 259. Noch ist zu merken, das diese

verborum D. Apostoli considerationem ut adgrediamur, res postulat. Ad duo capita, singula de iis dicenda reuocabimus, primo loco argumenta Paulina inuestigantes, quibus inhabitationem Spiritus S. fundamentum resuscitandi corporis fidelium esse, vir *et ipsi* comprobant: posteriori, quale opus Apostolus Spiritui sancto in resuscitatione corporis fidelium praestandum censeat?

Primum argumentum, quo Apostolus corpus fidelium propter τὸν ἰούαντον τὸν ἀγίου πνεύματος resuscitandum esse confirmat, exinde desumit, quod fidèles inhabitans, sit Spiritus, τὸ πνεῦμα. Spiritus sanctus in sacris literis τὸ πνεῦμα dicitur, partim ad indicandam veram ipsius DEITatem. Cum enim πνεῦμα ὁ Θεός sit Joh. IV. 24. cum Deus in essentia sua sit Spiritus, utique Spiritus sanctus, qui τὸ πνεῦμα est, est ὁ Θεός. Partim, ad designandum characterem Spiritus sancti hypostaticum, qui est, quod per spirationem a Patre & Filio ab aeterno procedat, & propter quem non Patris solum, sed Filii quoque πνεῦμα in antecedentibus atque consequentiis, (vt recte monet IOHANNES COCEIVS, (a) Apo-

B 2 Sto-

Einwohnung des heiligen Geistes eben dieselbe erforderte Eigenschaft sei, welche da sein muß, wenn der Mensch will libendig gemacht werden vor Gott zur Herrlichkeit. Sie ist das Fundament, darauf sich dieses gründet, daß Gott der Vater auch vereint der Glaubigen sterbliche Leiber völlig lebendig machen wird. Darauf spricht der Text, so nun: Er sagt aus dem Erbte Gottes, ist das bei euch, daß Gottes Geist in euch wohnt, so ist auch das gerecht und ausgemacht, Gott der Vater wird auch eure noch sterbliche Leiber lebendig machen. Er sagt nicht, es ist möglich, daß es geschehe, oder unmöglich, daß es geschehen werde. Nein, er redet als von einer Sache, die ohneschwierig geschehen wird, Er wird lebendig machen. Es ist aber hierbei nicht aus der Acht zu lassen, daß denn vermöge des Gegenseges, derselbe von dem Vater in seiner Zeit nicht werde lebendig gemacht, und ins ewige Leben eingeführet werden, in welchem der heilige Geist nicht gewohnet hat.

- (a) In Commentar. in Epist. ad Romanos, p.m. 405. Ne intelligamus, Paulum in tota hac Pericope, quando loquitur de Spiritu, quem carni opponit, & Spiritum DEI ac Christi nominat, locutum esse de Spiritu mortuos vivificante?

stolo dicitur. *Partim* ad innuendam proprietatem Spiritus sancti, quae est vitam largiri, mouere, agitare, alacritatem adferre. Rom. VIII. 14. 10. Ezechiel. XXXVII. 5. 9. Apostolus itaque vult dicere: Considerate maiestatem illius, qui domicilium suum in vobis collocauit. Is est τὸ πνεῦμα, verus D E V S cum Patre ac Filio, a quibus ab aeterno procedit, persona vere diuina; is est τὸ πνεῦμα, qui non solum vitam in se ipso habet, & vita est, sed omnibus atque singulis, quae a D E O producenda erant, vitam communicauit, is, cuius naturae conuenit, mortua viuiscare; is, cuius praesentia mortem fugat, corruptionem abigit. Iste igitur Spiritus, cum animam atque corpus vestrum cum voluptate frequentet: minime fieri poterit, ut corpora vestra morti obnoxia maneant, sed ad vitam potius reuocanda erunt. Et sic ipsa personae, fideles inhabitantis, consideratio nos certiores reddit de corporis nostri restitutione, & inhabitatio Spiritus sancti huius fundamentum est. Quae enim ad spem obtainendae vitae τὸ πνεῦμα grauiora esse possunt credentibus, quam haec, quod τὸ πνεῦμα Spiritus omnia viuiscans, sedem suam in ipsis eeperit? Certissime, hoc posito, an resurrectio corporis futura sit, suspensa mente exspectandum non est. Nulla nos dubitatio tenet, quod priscae ecclesiae Doctores eamdem fidem cordibus suis insitam fuisse profiteri voluerint, cum in *Symbolo Niceno* Spiritum sanctum Dominum dicunt ζωοποιῶντα. IOHANNES COCCEIUS, (a) (quod

(a) In summa Theologiae ex Scripturis repetita, p. m. 193. In ipso initio, mentio fit Spiritus D E I, qui incubauerit aquis h. eo toti mafiae aquae & terrae, Gen. I. 2. nempe ad eas fouendum, & eas foecundas faciendum, & ad producendum ex illis, quae deinceps ex iis producta sunt. Quod non tantum eo fine dicitur, ut statim initio moneremur, D E V M habere Spiritum conformem naturae, voluntatis, potentiae, operationis, sed multo magis eo fine, ut intelligeremus, eum, qui datur credentibus munere Christi, esse eum, qui condidit coelum & terram, & nominatum continuerit, souerit, foecundum fecerit id, quod creatum est, ut hominibus commoda fides esset. Atque adeo

(quod non sine animi nostri voluptate legimus,) verba  
Mosis, quibus Genes. I. 2. pronuntiat, Spiritum d e i aquis  
in prima huius vniuersi productione incubasse; ingens  
credentibus solatium praebere, statuit. Et quid non cre-  
dentes θυητὰ sua σώματα considerantes, consolationi ac  
fomento doloris locum dabunt, perpendentes, quod do-  
micilium sint τὸν πνεύματος, cuius praesentia mortem non  
admittit?

*Secundum argumentum*, quo inhabitacionem Spir-  
itus sancti fundamentum refuscitandi piorum corporis  
esse, Paullus docet, exinde petit: *quod Spiritus illius in i-  
psis habitat, qui Jesum ex mortuis resuscitauit.* Ei δὲ τὸ  
πνεῦμα τὸν ἐγένετος Ἰησοῦ εἰν περὶ οὐκεὶ εἰν ἡμῖν νοῇ ζωποι-  
ῆσε. Spiritus sanctus, πνεῦμα illius, qui Jesum resuscita-  
uit, ea de causa dicitur, quia per Spiritum sanctum ea  
manifestanda erant, quae per resurrectionem Christi ex  
mortuis d e s Pater declarauerat. Testatus nempe erat  
Pater, *αὐτοῖς Ἰησοῦν*, redēptionem hominū, pecca-  
torumque expiationem per Christum peractam, Jūstitiae  
diuinae satisfactum, credentes in Christum a reatu cul-  
pae & poenae peccatorum liberatos, vitam & incorrupti-  
bilitatem adquisitam esse. Iam igitur tempus illud in oe-  
conomia gratiae sapientissimi d e i destinatum aderat, quo  
Spiritus sanctus mittendus erat, ut Jesum ex mortuis re-  
fuscatum & glorificatum, toti, qua patet, orbi manife-  
staret, & propensionem voluntatis diuinae de remitten-  
dis propter Christum peccatis, & hominibus ad vitam  
tum Spiritualem, tum aeternam perducendis atque admit-  
tendis, palam ficeret. Spiritus itaque illius, qui Chri-  
stum a mortuis reuocauerat, per Euangelium docet, quod  
sententia de tribunali diuino iustissime pronuntiata, per

B 3

quam

---

creationem habitabilis & conditionem hominis esse effectum  
eius θεοντας, studii Rom. VIII. 26. 27. quod pii sentiunt in suis  
precibus & spiritu. Indidemque animaduertimus, eum spiritu-  
m, qui nobis datur in paracletum, esse quoque hominis &  
omnium rerum conditorem.

quam omnes homines mortis rei sint, abrogata, quod morti facultas nocendi creditibus admota, ipsique propter Christum vita quoque corporis conferenda sit. Hic est ille, dicit Paulus, Spiritus, cuius vos estis domicilium. Iste per Christum vitam vobis comparatam esse, testificatur. Iste per Christum vitam vobis comparatam esse, auctor est. Iste, Parem, qui Christum resuscitauit, vitam creditibus in Christum conferre velle, vos certiores reddit. Si igitur iste Spiritus in vobis est, resurrectio corporis vestri extra omnem dubitationem posita est. Et ita se res habet. Cui enim scrupulus vel tenuissimus residere poterit de restitutione corporis sui, qui sibi praesentem sentit Spiritum DEI, Christum e sepulcro producentem, qui sententiam vitae, tot testimonii, tot iuramentis publicantem; qui victoriam creditibus de morte reportandam tam firmiter promittentem; qui testem diuinum, omni exceptione maiorem, sibique arctissimo vinculo iunctum, de corporis sui resurrectione habet? Digna sunt, ut cum hisce conferantur, quae IOHANNES COCEIVS (a) ad haec verba commentatus est.

Diuis

(a) In commentar. in Epistolam ad Romanos, pag. 406. Apostolus non tantum hoc dicit, sed etiam demonstrat quia is Spiritus, qui in nobis habitat, est Spiritus eius, qui Christum excitat ex mortuis: qui nobis dedit Spiritum, vt, quia Christus est resuscitatus, indicato & condemnato peccato, quemadmodum Christum resuscitando eum absoluat a reatu peccati nostri, ita & nos faceret participes iustitiae per Christum partae. DEO patri attribuitur resuscitatio Christi, vt iudici absoluenti vadem a debito, & eum iustificanti. Et operum ~~exemplorum~~ Temp. II. p. 130. Causa adpropriationis est Oeconomia negotii salutis nostrae, quia Pater resuscitauit Filium, vt sponsorem, pactus cum ipso de vita & regno, si fatisceret pro Ecclesia. Scilicet hoc ipso attestans, illi pacto satisfactum esse, & nobis vitam esse acquisitam ac paratam. Igitur propter nostram consolationem & ad certitudinem spei nostrae dicit S. Paulus, Spiritum, qui habitat in nobis, esse spiritum eius, qui exsucxit Christum ex mortuis. Hinc fluit, Spiritum sanctum donatum nobis esse, argumen-

Diuus Apostolus *Inhabitationem Spiritus sancti fundamen tum esse resurrectionis corporis sperandar, tertio ex eo probat: quia Spiritus credentes inhabitans, est Spiritus eius, qui Christum ex mortuis resuscitauit.* Ei δὲ τὸ πνεῦμα - ὃ ἐγένετο τὸ Χριστὸν εἰς νεκρῶν, γεννωνται. Seruatorē nostrūm Xριστὸν dicci, quia per Spiritum sanctum ad officium suum medium vñctus est, seu quia dona Spiritualia ipsi qua humana naturam sine mensura collata sunt; ex Scriptura sacra satis constat. Haec vero vñctio Christi, resuscitatiō nem corporis sanctissimi Seruatoris etiam postulabat. Ex hac Christus in statu exinanitionis constitutus, spem sibi concipiebat, quam Psalmo decimo sexto, commate nono & decimo sequentibus verbis exprimit: Caro mea habitabit in confidentia, non deseres animam meam in inferno, nec permittes ἡρρίσθη sanctum tuum ( ὅντα ) (qui eum in finem oleo laetitiae perfusus erat, ut studiosissimus es set in voluntate tua exsequenda Psalm XLV. 8.) videre corruptionem. Actor. II 27. XIII. 34. *Spiritus itaque sanctus πνεῦμα illius, qui Christum resuscitauit, non sine singulari emphasi ideo adpellatur, quia tum animam tum corpus Christi, qui vnuatributorum diuinorum ἐγεγνητικῶν se se abdicauerat, dotibus suis singularebus ad perficiendum opus redēctionis, repletebat, & per hocce opus corporis Christi resuscitandi causa exstiterat.* Apostolus itaque haec vult: νεώς Pater Xριστὸν ad vitam reuocauit, illum, qui per Spiritum sanctum unctus erat. Jam vero Spiritus illius, qui Xριστὸν resuscitauit, sedem suam in vobis etiam habet. Inde Spiritus vos quoque gratia sua perungit: vos quoque donis eius donati atque ornati estis. Et sic ille, qui Xριστὸν resuscitauit, ὑπτὰ vestra σώματα etiam viuificabit. Perspexit iam isthaec acutissimus Theologus GEORGIVS MYLIVS, (a) & AEGIDIUS quoque HVNNIVS (b)

in

tum & pignus indubitate nostraræ Iustificationis, sive quod Christus pro nobis perfecte satisfecerit, & illa satisfactio nobis donata sit.

(a) In explicatione Epist. ad Romanos Ienae 1595. edit. p. m. 285.

in hanc sententiam inclinat. Et qualis argumentatio pro restituzione corporis nostri maiorem vim habet, quam ca, quae iis innixa est, quae Χριστός, capiti nostro contigerunt? Et qualis conclusio aequior esse potest hac: Si Christi corpus a Θεῷ resuscitari debuit, quod a Spiritu sancto unctum & inhabitatum fuit; corpus etiam fidelium viuiscandum est, quia per Spiritum sanctum unctum est, ipsiusque fuit domicilium?

*Resurrectionem corporis fidelium ex inhabitatione Spiritus sancti derivandam esse: Paullus quarto ex ipsa inhabitationis τέλος ἀγίου πνεύματος forma deponit, inquiens: Si vero Spiritus eius, qui Jesum ex mortuis resuscitauit, σκέψῃ ἐν ὑπερήφανῳ, habitat in vobis. Inhabitationem in credentibus, quae alias omnibus diuinæ Trinitatis personis communis est, specialiori quadam ratione Spiritui sancto in sacris literis tribui, satis notum est. Quia de causa hoc fiat: ex oeconomia gratiae diuinæ cognoscimus. Ex quo enim seruator noster credentibus prelio sanguinis sui ius illud atque priuilegium in-*

acisti-

---

Ne animae soli ex spirituali vita bene esse, suspicetur aliquis, et iam corpori eamdem felicitatem esse exspectandam ostendit. Ratio collectionis in eo consistit, quod eadem in nobis cassa sit beatæ resurrectionis, quae in Christo fuit, spiritus scilicet dei. Atqui ab eadem cassa, eundem exspectandum esse effectum, praesupponit.

(b) in Thesauro apostolico, a Feustkingio edito, p. m. 66. b.  
Certe quemadmodum pater virtute sua excitauit filium suum ex mortuis, solutis nimirum doloribus mortis; ita viuiscabit mortalia vestra corpora, non tantum ex morte peccati ad vitam Institiae excitans, & in sanctitatis studio subinde confirmans; Verum & in nouissimo die corpora vestra mortalia ad vitam aeternam suscitabit, hinc adeo, quod eiusdem cum Christo Spiritus participatione, vt unum corpus cum ipso coaluerit, membra illius facti; ita vt, cum caput resurrexit, membra quoque vinculo & unitate Spiritus resuscitato corpori coniuncta & inserita, suo tempore resurrectura sint.

aestimabile adquisuit, ut tempila Θεού λόγων esse possint,  
 1. Cor. IV. 19. 20; ex quo DEVS Pater credentes pro Temp-  
 plis suis declaravit, & Spiritum sanctum ad ea exaedifi-  
 canda atque perficienda ἐξαπέσειλεν Galat. IV. 6: ex eo Spi-  
 ritus sanctus in credentibus tamquam Templo praeparando  
 domicilium habet, quod praeparatum una cum Patre &  
 Filio inhabiter. *Forma* igitur inhabitacionis Spiritus sanctus  
 non solum secundum ipsam *essentiae* diuinæ praesentiam  
 iis adsit, sed etiam per gratiosam suam *operationem* donis  
 suis ipsos exornet, & ad quaevis DEO placenta peragen-  
 da idoneos reddat. Et haec grata Spiritus sancti ope-  
 ratio non animam solum, sed etiam *corpus* credentium,  
 singulaque eius membra concernit. Spiritus enim, in  
 corpore quoque credentium domicilium suum habens,  
 ipsos excitat παρατησια τὰ σώματα ἀντῶν θυσίαν λόστρον, ἀγι-  
 αν, ἐνάρεσον τῷ Θεῷ, Rom. XII. 1. Hicce Spiritus eos admo-  
 net, δοξάζειν τὸν Θεόν ἐν τῷ σώματι ἀντῶν. 1. Cor. VI. 20. ad-  
 monet, vt tradant τὰ μέλη ἀντῶν δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ εἰς ἀγι-  
 ασμὸν Rom. VI. 19; is denique Spiritus per operationem suam  
 in anima fidelium, membra simul corporis, instrumenta  
 reddit prompta & actuosa ad actus DEO gratos edendos, ita,  
 vt fructus inhabitantis Spiritus, qui sunt ἀγάπη, μακροθυμία  
 πενότης, ἐργάταια, Galat. V. 22. per actus externos se se  
 exferant, & in iis conspicui sint. Hic Spiritus, qui in cre-  
 dentibus sedem suam fixit, operatur, vt ἐφθαῖται eorum  
 fint ἀπλοῖ, Luc. XI. 34; vt sursum tendant ὅστεος χεῖρας 1.  
 Tim. II. 8. vt λόγος σωτηρὸς ἐν τοῖς σώματος ἀντῶν non pro-  
 ueniat, ἀλλ' εἰ τὶς ἀγαθὸς ἀρεὸς ὑποδομὴν τῆς χείρας, ἵνα δῆ  
 χάρην τοῖς ἀνέστι, ne contristentur Spiritum sanctum DEI  
 Ephes. IV. 29. 30. vt τὸ ἐαυτῶν σκένος ἐν ὀργασμῷ οὐδὲ τιμῇ κτε-  
 θουσι. 1. Thess. IV. 4. Si igitur Spiritus sanctus ἀνεῖ ἐν ὑμῖν,  
 infert Apostolus etiam *in corpore vestro*; vtique DEVS re-  
 suscitabit τὰ ὑπτὰ ὑμῶν σώματα, ideo, quod Spiritus eius in  
 vobis habitat. Et tunc profecto certa spes animum no-  
 strum tenet de resurrectione mortalis nostri corporis, ubi

Spiritum d e i habitaculum suum in eo eiusque membris habere, apud nos reuoluimus. Anne corpus credentium, Spiritui sancto arctissimo inhabitationis vinculo coniunctum, terrae reseruandum erit? Anne corpus credentium, non regali, sed divina magnificentia ornatum, sine gloria relinquendum, & cadaueris instar proficiendum erit? Anne τὰ μέλη fidelium, quae tot eximia opera perpatrarunt, quae ad gloriam summi Numinis promouendam, tot cruciatis exposita fuerunt, puluere & obliuione obruta iacebunt; & officia, quae d e o praestiterunt, apud ipsum intermoritura sunt? Anne corpora, quae in hoc seculo vita gratiae donata sunt, in sequenti vita gloriae priuari poterunt? Potestne mors imperium exercere in ea σώματα, quae per Spiritum vitae viuiscata sunt? Absit. Illa corpora, in quibus Spiritus sanctus habitauit, propter inhabitantem Spiritum vitae restituenda sunt. Recte omnino dicta sunt, quae IOANNES CALVINVS (a) hac de re protulit

(a) In Institutione christiana religionis Lausanae 1576. edit. fol. 247. a. Nos Spiritus d e i ad sperandam carnis nostrae resurrectionem in scriptura passim hortatur. Hac ratione Baptismus teste Paulo Coloss. II. 11. sigillum nobis est futurae resurrectionis, nec minus sacra coena ad eius fiduciam nos inuitat, dum symbola spiritualis gratiae ore percipimus. Et certe, tota Pauli exhortatio, vt membra nostra exhibeamus arma in obedientiam iustitiae, frigeret, nisi accederet, quod postea subiungit Röm. VIII. 11. Qui suscitauit Christum a mortuis, viuiscabit & mortalia vestra corpora. Quid enim inuaret, applicare manus, pedes, oculos, & linguas in obsequium d e i, nisi fructus & mercedis essent participes? quod suis verbis aperte confirmat Paulus: corpus non scortationi, sed Domino, & Dominus corpori. 1. Cor. VI. 13. XV. 19. Qui vero suscitauit Christum, & nos suscitabili per virtutem suam. Clariora sunt, quae sequuntur, ea esse tempa Spiritus sancti & membra Christi. Interea videmus, vt resurrectionem cum castitate & sanctimonia coniugat, sicuti paulo post preium redēctionis ad corpora extendit. Iam rationi consentaneum non esset, Pauli corpus, in quo stigmata Christi portauit, & in quo magnifice Christum glorificauit, orbari coronaē pretio.

lit. Et forsan verae pietatis studium melius procederet, si isthaec argumenta ad illud promouendum tanti facientia, maiori studio animis hominum inculearentur.

*Quintum argumentum, quo Paullus demonstrat, quod inhabitatio Spiritus sancti fundamentum resurrectandi corporis fidelium sit, defundit est ab adiuncto iussus inhabitatio-nis, nempe illius perseverantia, quam Apostolus exprimit in verbis: διὰ τοῦ ἐνεργεύντος ἐν ὑμῖν πνεύματος εἰποῦ. In Codicibus heic duplacet lectionem occurrere, cum quidam verba διὰ τὸ ἐνεργεύειν τὸ πνεῦμα εἰποῦ, quidam vero διὰ τοῦ ἐνεργεύντος ἐν ὑμῖν πνεύματος legant, nos haud fugit. Sed de hac re parum solliciti erimus. Resurrectionem corporis credentium ex Inhabitatione Spiritus sancti promanare, constat, utram lectionem amplectaris. Posterior tamen ideo magis arridet, quod plurimis ex Patribus probata fuit, id quod ipse IOANNES MILLIVS (a), & IOANNES ALBERTVS BENGELIVS (b), negare haud possunt, quamuis ad priorem lectionem retinendam procliuiores se ostendant. Accedit, quod ea, quam nos praferimus, lectio, filio scripturae sacrae, & veritatibus ab Apostolo proponendis magis conueniat, vt in sequentibus monebimus. Perseuerantiam inhabitationis Spiritus sancti in credentibus Apostolus per illud indicat, quod non tantum dicat πνεῦμα Θεοῦ ἀνέστη ἐν ἡμῖν, sed etiam porro πνεῦμα τὸ ἄγνωτον dicat ἐνομοῦ in fidelibus. Verbum enim ἐνομέω, non tantum inhabitationem, sed etiam ipsius continuacionem, seu εἴησην perpetuam significat, vt CHRISTIANVS STOCKIVS (c) ex variis Scripturae S. locis recte obseruauit. Nec dicit Apostolus, deum credentibus corpora restituere velle, ideo, quod Spiritus sanctus in ipsis ἐνοίκηε, habitauerit: sed quia est ἐνοίκης, quia inhabitat in illis.*

C 2

His

(a) In Nouo Testamento graeco, ad h. l. p. m. 348.

(b) In Nouo Testamento graeco, ad h. l.

(c) Eronita per metaphoram tribuitur (i) Verbo Christi, ad desi-

His enim declarat, credentes nullo temporis puncto vacuos fore a Spiritu sancti ἐνοίκοι, dum anima ipsorum spirabit. His declarat, quod vinculum, quo Spiritus sanctus & credentes propter inhabitacionis gratiam iuncti sunt, nec per ipsam mortem dissecari possit, sed quod πνεῦμα τοῦ Θεοῦ etiam in morte sit ἐνοίκος in creditibus. Est utique Spiritus sanctus fideles ἐνοίκοι, quando ex his tenebris in lucem illam eorum anima excedit, & corpus in puluerem resoluitur, ratione veritatis suae, qua fideles, mortalibus huius vitae finem facientes, de refuscitando eorum corpore certitudine diuina certiores reddit, & corpus ipsorum in aeterna vita ipsius νέον atque σωτήρν fore. Haec enim citra dubium iam THEOPHILACTVS, (a) in ho-

---

g. andum *affiduum eius studium*, piamque eius meditationem, tam publice, quam priuatim instituendam, adeoque frequentem ipsius tractationem, ut multis verbis praedicetur. Coloss. III. 16. (2) Fidei seu religioni Christianae, quae in Timothei matre & anima habitasse dicitur, ad designandam *stablem eius inhabitacionem ac permanescentem* 2. Tim. I. 5. Per ἀσθενοπάθειαν tributur DEO, quod in piis tamquam in domo sua habitat, suamque gratiosam praefentiam *multis & variis modis conspicuum* facit. 2. Cor. VI. 16. & Spiritui sancto, qui in piis habitare dicitur, ad designandam gratiosam eius praefentiam ac operationem, cum (a) non sit otiosus in fidelibus, sed operosus, largiaturque vires, ut doctrinam fidei non solum recipiant, sed contra mundi *sapientiam*, satanaeque furorem constanter retineant. 2. Tim. I. 14. (b) sit ipsis certissima resurrectionis arrha. Rom. VIII. II.

(a) In Commentariis in Epistolas Pauli, ex edit. Augustini Lindelli, Londin. 1636. p.m. 76. ὅντες τὸ ἐνοίκον, ἀλλὰ τὸ ἐνοίκον, τὸ ἔχον τὸ τέλος παραγίνεται. Οὐ γάρ αὐτός ὁ Θεός, τὸν τὸ πνεῦμα ἡτοῖ τὸν εἰς, μὴ ἄργεν τοι τὸν νομοφύλων ὑπὸ τῶν ἕντες τὸν ἔχειν, ἀποδῆν πλούτον, μᾶλλον ἀποτῆν. Νεκ διxit, qui *inhabitatuit*, sed qui *inhabitat*, qui ad finem u que permanet. Non enim sustinebit DEVS, ubi viderit spiritum suum in te, non introducere te in thalamum suum. Quemadmodum si non habueris Spiritum DEI, pereas necessum in aeternum, etiam si resurrexeris.

horum verborum contemplatione meditatus est. Sed ad-  
huc maiora in iis reposita esse, maxime *emphatica* Paulli  
phrasis nobis suadet, & fidei πληρόφορα a virtute & gratia  
τοῦ πνεύματος exspectare iubet. Sacrae paginae Spiritui san-  
cto productionem hominum attribuunt. Sic Jobi xxxiii.4.  
expresse dicitur: Sum a deo spiritu creatus, & ab ipso vi-  
tam accepi. Fideles illius temporis in his verbis ad pri-  
mam creationem respectum habuisse, IOHANNES CLA-  
RICVS (a) bene monuit. Persuasi enim erant, Spiritum  
sanctum in prima rerum omnium productione, omnes e-  
asque minimas particulas praeuidisse, ex quibus eorum  
corpus, post mille pluresue annos constituendum erat,  
ipsumque corporis illorum esse formatorem. Jobi x. 8.9.  
10. Qualem itaque verba D. Paulli animis nostris spem  
subiiciunt? Hanc: quod Spiritus sanctus fit ἐνοικοῦν τὸ σῶμα  
fidelium, in cineres redactum, ita, ut omnes & singulæ,  
licet hinc inde dispersæ particulae ipsi per omniscienciam  
cognitæ atque perspectæ sint. Hanc, quod ne minima  
quidem eorum corporis portiuncula perire possit. Et ec-  
quis nos vetabit, credere, fore, ut Spiritus sanctus ἐνοικοῦν,  
particulis omnibus corporis fidelium demortui peculiariter sua  
praesentia adsit, earum curam gerat, & in huius seculi con-  
summatione eas producturus sit? Sic enim corpora fide-  
lium *cadauera* haud esse, experiemur. Sic verba Seruatoris  
nostrri nobis clara erunt, dicentes, ὁ πιστὸν εἰς ἐμὲ, καὶ ἀπο-  
θάνω, ζήσεται. Joh. XI. 25. Neque vero haec ex inhabitati-

(a) In Commentar. in libros hagiographos V. T. p. m. 135. Sum  
a deo spiritu creatus, ut scimus omnes ex libris Hebraeorum  
adludit ad Genes. II. 7. & p. 43. ad vñ. Manus tuæ elaborarunt  
me, & circumquaque simul, quæ habeo, fecerunt: Hoc est, in-  
terna & externa omnia simul fecerunt. Non est enim machina  
corporis animalium eiusmodi, ut particulatum fieri potuerit. To-  
ta simul & semel, ob connexum mirabilem partiuñ, vsinque,  
quem sibi iniucem præstant, formata est, & veluti conflata, ut  
quæ metallis liquefactis & in typum concavum conicetis formantur;  
quod veteres ut Galenus & præsertim recentiores phyci-  
egregie demonstrarunt.

one Spiritus sperantes, fundamento ~~etiam~~ destituti sunt. Scimus eheu! corporis nostri machinam ideo dissoluendam & destruendam esse, quia peccato originali contaminata est. Nouimus vero per DEI gratiam, per destrukctionem corporis nostri ipsam peccati radicem penitus funditusque exterti. Qui enim mortuus est, testante Apostolo, iustificatus est a peccato. Rom. VI. 7. Anne itaque Spiritus sanctus dignabitur praesentia sua ornare particulas corporis destructi fidelium, a peccato nunc plenarie iustificatas, vere sanctas, & ad vitam gloriosam satius praeparatas? Et anne Spiritus sanctus non erit εύοισθι ἐν τῷ θυρῷ σώματος eorum, qui vera in Christum fide hunc orbem reliquerunt. Theologis equidem nostris haec adeo trita non sunt. Judicamus tamen, B. SPENERI (a) mentem in hanc sententiam inclinasse, dum verborum Paullinorum breuem interpretationem suscepit.

Et sic *Committones*, ex ipsis Apostoli verbis probavimus, inhabitacionem Spiritus sancti in fidelibus fundamentum esse gloriose resurrectionis corporis, quae ipsis tam firmiter exspectanda est. Si vero ad ipsis inhabitacionis Spiritus sancti in credentibus effectus animum nostrum applicauerimus; sententiam diuini Pauli atque no-

(a) In der Nothwendigkeit und Möglichkeit des thätigen Christenthums, p. 362. Wie die Gläubigen gleichwohl Tempel und Wohnungen des heil. Geistes allhier gewesen sind, so soll es vermehleins auch dahinkommen, daß eben solcher noch hier sterbliche Leib aufhöre sterblich, und mit Sünden besetzt zu seyn, und solle vollkommen lebendig werden an jenem Tage. Und wie könnte es anders seyn? Da er ihnen schon angefangen hat, das geistliche Leben zu geben, als noch die Sünde eine stete Ursache des Todes bei ihnen thätig gewesen ist, und sie an derselben immerfort zutodten gehabt haben, daß Er nicht vielmehr, nachdem nun die Sünde ganz getötet, und derselben Wohnhaus, dieses natürliche Leben zerstöret worden ist, auch so bald die Glieder wiederum erwölke zu jenem herrlichen Leben. Denn wo dieser Geist wohnet, kann er nicht anders als Leben wärken, und solches so viel völiger, als weniger Hinderniß mehr vorhanden ist, die allein von der Sünde hängt.

nostram magis adhuc corroboratam deprehendemus. *Ob-signationem fidelium effectum inhabitationis Spiritus sancti per quem vnci sunt, esse, Apostolus claris verbis perhibet 2. ad Corinthios Epistola, cap. I. v. 21. 22. dicens: καὶ χειρος ἡμῶν ὁ Θεός, ὁ καὶ σφραγισάμενος ἡμᾶς, καὶ δέσι τὸν ἀρ-ραβώνα τοῦ πνεύματος ἐπ ταῖς καρδίαις ἡμῶν.* Et ad Ephesios c. IV. comm. 30. καὶ μή λυπεῖτε Γὰρ πνεῦμα τὸ ἄγνοι τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾧ ἐσφραγισθείς εἰς ἡμέραν ἀπολυτρώσεως. Quod per diem ἀπο-λυτρώσεως, dies ultimi iudicij intelligendum sit, in quo cor-  
pora resuscitabuntur, & toti homini perfectum gaudium ac gloria consummata adiudicabuntur & conferentur, in quo credentes plene liberi erunt, & omnibus hostibus tri-  
umphatis, ipsa etiam morte, quae est ultimus hostis, aeter-  
num gaudebunt & celelabunt; & quod in hunc diem ob-  
signari fit sigillo quasi confirmari in spe istius redemptio-  
nis, vt certi sumus de eo die, & redemptione in eo futura:  
recte HERMANNVS ALEXANDER ROELLVS (a) do-  
cuit. Si igitur Spiritus sanctus, qui sedem suam in cre-  
dentibus fixam habuit, ipsis iniustissimum & diuinum de  
restitutione corporis sui testimonium perhibuit; si DEVS  
Spiritum sanctum eum in finem in corda fidelium effudit,  
vt sit ipsis pignus resurrectionis τοῦ σώματος, contra quam  
ratio tot tantaque dubia mouere, scrupulosque iniicere  
potest: satis manifestum est, τὴν ἀνάστατην corporis fideli-  
um ex inhabitatione Spiritus sancti fluere. Optime HV-  
GO GROTIUS (b) obseruavit, Spiritum sanctum tamquam

par-

(a) in explicatione Epistolae ad Ephesios, P. II. p. m. 300. Hoc tri-  
buatur Spiritui sancto, quatenus est ille arrhabo, per quem obfi-  
gnamur. Obsignat nos Spiritus, quatenus fidem operatur, &  
per fidem spem, & spei illius nobis communicat & suppeditat  
certissima argumenta, quae sunt ipsa opera Spiritus, in primis  
opus sanctificationis, sine quo fides est mortua. Quando ita DE-  
VS nos signat, & sibi per sanctificationem consecrat, est, ac di-  
cat: hi mei sunt. Ies. XLIII. x. LXVI. 18. 19.

(b) in Commentar. in Epist. ad Romanos p. m. 256. Sicuti Chri-  
stum, quia in se habuit naturam illam diuinam, quae Johanni



partem pretii hic considerandum esse, ex quo credentes de collatione totius pretii spem concipere summo iure possint.

Inter effectus inhabitacionis Spiritus sancti in credentibus Apostolus etiam refert *Intercessionem Spiritus sancti pro ipsis*, in Epistola ad Romanos, cap. VIII. comm. 26. τὸ γὰρ τὸ προτευχόμεθα, καθὼ δέ, σὺν ἡδαμεν, ἀλλ' ἀντὸ τὸ πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ὑμῶν σεναγμοῖς ἀλαλήτοις. Interpellationem hanc Spiritus sancti pro fidelibus, non tam tum id inuoluere, vt ipse in cordibus fidelium suspiria exercet, & illos idoneos reddat, qui preces ad D E V M fundere possint; sed heic intercessionem actualem, seu preces, quas ipse Spiritus in fidelibus ad D E V M mittit, intelligentias esse: practer multos ex nostris Theologis Venerandus Hamburgensium Senior FRIDERICVS WAGNERVS, & S. R. HENRICVS MEENIVS (a) admodum nuper confessi sunt, & hic solidissimis argumentis comprobavit. Quale vero tempus maiori iure dici potest illud, in quo nescimus, quomodo nobis precandum sit, quam illud, vbi anima nostra a iucundissimo hoc corporis domicilio separanda est? Quo temporis puncto magis indigemus eo, qui coram Patre nostri mentionem faciat, quam hoc? Ad intercessionem itaque Spiritus sancti, in corpore quoque fidelium sedem suam collocantis, id etiam referendum esse existimamus, & speramus pie, fore vt πνεῦμα Θεοῦ καὶ Χριστοῦ in ipso mortis seu separationis animae a corpore articulo, corpus fidelium curae summi Numinis commendet, qui illud conferuet, de particulis eius hinc inde dissipandis sollicitus

---

λόγος vocatur, alias etiam Spiritus, vt diximus ad Marc. XI. 8. ob id ipsum aequum non fuit, manere in morte, sed eum resuscitari oportuit: Ita etiam non patitur D E V S, in morte manere eos, quibus dedit Spiritum suum. Neque enim dat eum, vt auferat, sed vt arrabonem, id est partem pretii, vt fidem faciat, ipsum etiam pretium, id est, vitam aeternam sequaturam.

(a) In Tr. die Trostreiches Fürsprache des Heil. Geistes für die Gläubiger.



tus sit; illudque eo tempore, quod a sapientia eius destinatum est ad reuocandos ad vitam omnes homines, vitae restitut. Ista vero Spiritus sancti preces, corpus fidelium in ipsa morte DEO commendantis, utique ratae erunt apud DEUM. Et sic ex effectibus quoque inhabitacionis Spiritus S. in fidelibus cognoscimus, illam fundamentum esse corporis fidelium resuscitandi.

Restat igitur, *Commilitones*, ut de ipso opere Spiritus S. in resuscitatione corporis fidelium perficiendo, praecunie D. Paullo, quedam moneamus. De hoc Apostolus dicit: Σωτηρία τὰ ἔντελα ὑμῶν σώματα, διὰ τοῦ ἐνομούστος πνέυματος εὐτοῦ ἐν ὑμῖν. Lutherus haec verba vertit: Darum / daß sein Geist in euch wohnet: rectius tamen redduntur, per Spiritum suum in vobis inhabitantem, durch seinen Geist der in euch wohnet. Quod hic non sit distinctio causae efficientis & instrumentalis, ex iis praedicatis, quae Apostolus Spiritui sancto in antecedentibus & consequentibus tribuit, sat is manifestum. Neque tamen de nihilo est, quod Paulus dicat: eum, qui Christum ex mortuis suscitauit, mortalia quoque corpora fidelium ad vitam reuocaturum esse per Spiritum suum ipsos inhabitantem. Ex his enim facile colligimus, Paulum cum Patri, tum Spiritui sancto negotium aliquod in resuscitatione corporis fidelium tribuere, nec illum etiam, quem Deus ex mortuis suscitauit, heic praeterire velle. Theologi nostri heic se se ita expedire solent, ut dicant, per phrasin, quod *deus per filium & Spiritum sanctum* aliquod fiat, non intelligi, quod vel filius vel Spiritus sanctus non sit causa efficiens operationis cuiusdam, sed hoc modo fieri, ad ordinem inter personas sacrosanctae Trinitatis indicandum, ut praeter SALOMONEM GLASSIVM (a), IOHANNES

D

FRAN-

(a) In Philologia sacra, p. m. 1045. Cum *deus per filium* dicuntur omnia esse condita Ioh. I. 3. Ebr. I. 2. non in agendo *ἀνθετότες* sed personarum diuinarum duntaxat ordo hac vocula innuitur. Sic & בָּרוּךְ בָּרוּךְ per lehouam (*filium*) saluatorum se populum suum ait. Hos I. 7.

FRANCISCVS BVDDEVVS (a) iudicat. Nobis autem, maiora adhuc in hac causa latere videntur. Respicit, vt nostra sententia fert, Apostolus ad illas operationes, quae in negotio resuscitationis corporis fidelium, vnicuique DEI-tatis personae propriae, & in Oeconomia gratiae diuinæ fundatae sunt. Nimirum DEVS PATER, instantे illa hora, quam potentiae suae reseruauit, vt omnes homines ex sepulcris suis producat: declarabit, se se velle, vt corpora fidelium vitae restituantur, quia per meritum Christi iustificata & per Spiritum S. sanctificata sint. DEVS FILIVS, quem Pater ex mortuis suscitauit, a Patre postulabit, vt (eadem ratione, qua ipsum a mortuis reuocauerat, postquam pro peccatis hominum satisfecerat), corpora eorum quoque, qui in fide ἐν Χριστῷ ex hac vita discesserunt, vitae restituat, quia per meritum suum iustificata, & per Spiritum suum sanctificata sint. Spiritus sanctus opus Vivificationis τῶν θυτῶν εργάτων perficiet. Et sic quidem tota sacrosancta Trinitas resuscitationem corporis fidelium procurabit, quia, vt THOMAS BURNETIVS (b) bene monet, hoc opus omnium est maximum. Sed Pater vivificabit per Spiritum sanctum, & Filius etiam vivificabit per Spiritum sanctum, quia iste est Spiritus Patris & Christi. Deus igitur, quemadmodum IOHANNES COCCEIVS (c) haec verba exquisitiissime παραφέρει, vivificabit τὰ θυτὰ fidelium σύμπλε-

(a) In Institutionibus Theologiae dogmaticae p.m. 335. Nec mouere quendam debet, quod per illum (*filium*) facta omnia dicantur. - Quia filius aequo ac Spiritus sanctus a patre est, ideo pater etiam per filium & Spiritum sanctum creat, quidquid creat.

(b) In Tr. de statu mortuorum & resurgentium, p.m. 169. Nec miror, in resuscitandis mortuis quodammodo cooperari Patrem, Filium & Spiritum sanctum. Est enim instar nouae creationis. Ac proinde Apostolus proeminentem DEI potentiam, impensam & quasi expromtam in hoc opere cum magna verborum emphasi significat. Ephes. I. 19.

(c) In Commentar. in Epistolam ad Romanos. p.m. 405.

μετα, διὸ τοῦ πνεύματος ἐνοικεύντος, per Spiritum, hoc est, di-  
uina omnipotentia & voluntate Spiritus, quem dedit artha-  
bonem & paracletum. Spiritus sanctus vivificabit corpora  
nostra mortalia. Jam igitur nobis inuestigandum erit:  
Quomodo Spiritus sanctus corpora mortalia fidelium vivifi-  
caturus sit? Hic omnia ad verbum ζωστούται redeunt. An  
verbo huic illa emphasis innata sit, quod piorum resurre-  
ctionem ad vitam adfirmet, impiorum autem excludat, ut  
THEOPHILACTVS (a) vult: iam non examinabimus.  
Nec etiam sententiae IACOBI WELLERI (b) subscribere  
possimus, existimantis, ζωστούται plus esse, quam ἐγένεται,  
quia posterior verbum etiam de impiorum, prius non ini-  
fi de fidelium sumatur resurrectione. Rectius idem esse  
ζωστούται ac ἐγένεται, HVGO GROTIUS (c) obseruauit. In-  
tactum tamen haud relinquemus, quare Apostolus de Pa-  
tre Christum resuscitante dicat, ἐγένεται, de credentibus au-  
tem vivificantis ζωστούται. Nimirum, ἐγένεται peculiarem  
rationem significat, qua corpus Christi resuscitandum e-  
rat, ζωστούται eam, qua fidelium σώματα ad vitam reuo-  
canda erunt. Sanctissimum Seruatoris nostri corpus,  
quamvis vere fuerit mortuum atque exanimatum, mor-  
ticinium tamen neutiquam factum est. Deus enim per-  
mittere non poterat, τὸν ὄσιον ἀντὸν ἰδεῖν διαφθορὰν Actor.

- (a) In Commentar. in Epistolas Pauli, p. m. 76. Αναστούσατε μὲν  
γένεται οἱ τὸ πνεῦμα μὴ ζήσατε, ἀλλὰ εἰς οὐδετέν, οὐ δὲ τοῦ πνεύματος ἐσ-  
ζῶνται. Διὸ τοῦτο γάρ οἱ ἀπόστολος δύο εἶπεν, μανθάνει τὸ σῶμα, ἀλλὰ  
ζωστούται διὰ πνεύματος. Resurgent etenim & illi, quibus Spiritus  
DEI non fuerit, sed ad supplicium. Qui vero Spiritum habue-  
rint, in vitam. Propterea non dixit Apostolus, resuscitabit  
corpus, sed vivificabit, propter inhabitantem Spiritum.
- (b) In Commentar. in Epist. ad Romanos, p. m. 465. Plus vero  
est ζωστούται, quam ἐγένεται. Impii enim suscitabuntur, sed non  
vivificantur.
- (c) In Adnotationibus in Nouum Testamentum, Tom. II. p. m.  
256. Idem est, ζωστούται νοῦ ἐγένεται. Hoc sensu verbum hoc  
habes Joh. V. 21. & supra IV. 17. 1. Cor. XV. 22. Galat. III. 21.

II.27. Nec etiam vnum corporis eius os infractum erat. Corpus itaque Christi simpliciter resuscitandum erat. Sed corpora fidelium putredine corrupta, in cineres redacta, minutim conficta, in aeres dispersa sunt. Ad horum igitur restitutionem noua quaedam creatio, seu viuificatione requiritur. Et quid de hac nobis statuendum sit, nunc dispiciemus. Viuificationem corporis fidelium, sine reuocatione illarum particularum atque partium, ex quibus illud in hac vita compositum fuit, fieri haud posse, res ipsa docet. Has itaque in extremi iudicii die per omnipotentiam diuinam iterum colligendas esse, ipsa sana ratio recte formata suadet, prout **HVG GO GROTIUS**, (a) & **THOMAS BEVERNETIUS** (b) optime tradiderunt.

Pri-

(a) In Tr. de veritate religionis christiana. L. II. cap. 10. Cum inter plerosque Philosophos constet, rebus quantumque mutantibus, manere materiam diuersarum specierum capacem: quis dicat, aut **DEVM** necire, quibus in locis, etiam longissime distantibus, tant materiae illius, quae ad humanum corpus pertinuit, partes? aut deesse ei potentiam, qua eas reducat, atque recomponat, idemque faciat in suo uniuerso, quod in fornaciis aut vasis facere chymicos videmus, vt quae congenera sunt, quantumvis disiecta, colligant?

(b) In religione medici, p.m. 272. Credo, cineres nostros dispersos pauplum & dissipatos recollectum iri; credo, post tam varias, tam longas peregrinationes, post tot tantasque per mineralia, per plantas, per animalia & elementa transmigrations, ad proprias iterum formas diuinae vocis imperio reducendas iterum ad primaenam & praedestinatam sui corporis figuram inflaurandam olim coituros. Cum iam mundus crearetur, in species suas digesta est indigesta illa mōles; idem cum peribit, in singula individua dirigenda erit. Sicut autem in creatione difinitae rerum omnium species in eadem massā confusae latere, donec tandem congeriem illam in alias atque alias formas secerentur diuinae vocis foecunditas: sic olim putres istas reliquias ita per innumerā formarū genera dispensas, vt, cui iam corpori debeat, oblitae videri possint, ad quasque suum individuum, ad suam quasque figuram **DEVS** omnipotente voce,

*Prima itaque operis Spiritus sancti in resuscitatione corporis fidelium perficiendi actio, erit collectio omnium corporis particularum & ex iis noua corporis formatio. Quemadmodum enim sanctissimus DEI Spiritus in prima creatione huius vivueri incubans aquis Gen. I. 2. vnicuique & minimae quoque creaturae ea addidit, quae ad esse eius necessaria erant: ita ille ipse Spiritus, ἐν τῷ παλαιῷ γένεσε, corporibus etiam fidelium ea restituer, quae ad esse eorum pertinent. Tunc cadaver illorum tam longa putredine consumtum, in pristinum statum redibit. Reddet, iubente Spiritu, aqua, terra, aer, illas corporis particulas, quae per illas haec tenus dispersae fuerant, & in illarum quasi custodia latitauerant. Formabit iterum Spiritus membra corporis fidelium, & totum corpus in pristina sua forma adparebit. Praefabat Spiritus DEI ea, quae per somnum Ezechieli manifestata erant. Ezech. xxxvii. 6. 7. 8.*

Corpus fidelium quoad substantiam in resurrectione idem fore, quod in his terris fuit: sacrae literae non uno loco tradunt. Nouis tamen subinde qualitatibus illud infruendum esse, ex illarum testimonio non minus clarum est. Ut ex multis vnicum tantum in medium proferamus: Apostolus in Epistola priori ad Corinthios c. xv. v. 44. dicit: σπείρεται σῶμα φυγικόν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν. An per Spiritualitatem corpori fidelium aliquan-

D 3 do

die nouissimo euocabit. Tunc demum Adami foecunditas, tunc semini eius adparabit contagio, in tot myriadas dilatata. Admirari saepe soleo artificalem illam Mercurii resurrectionem, qui, postquam in mille formas mortificatus fuerit, suam tamen iterum emergens, recipit, fitque idem ipsum, quod ante fuerat. Quod ergo in inferioribus ista ars humana potest, quae blasphemia est negare, id ipsum in praefantioribus posse omnipotentem dextram? Haec est myifica illa Philosophia, a qua nemo re vera doctus atheus discordit, qui potius visibilis hisce experimentis in dies proficiens, tandem vero nomine Theologus exit, nec per somnum tantum, vt Ezechiel, sed manifestos & visibiles resurrectionis typos vigilans intuetur.

do tribuendam, Ἀποθέσεις quaedam intelligenda sit, quod HUGO GROTIUS (a) vult: de eo quidem plane dubitamus, neque hoc ex oppositione corporis ψυχῆς & πνευμᾶς consequitur. Rectius illi ex nostris Theologis iudicant, (b) qui dicunt, corpus fidelium in resurrectione nouis & Spiritualibus qualitatibus ac dotibus vestiendum fore, inter quas δέξια seu claritatem, inuisibilitatem, agilitatem referunt, & quibus SALOMON VAN TILL. (c) in primis maiorem aptitudinem ad cooperationem mentis adnumerat.

Alte-

(a) In annotationibus in Nouum Testamentum. P. II. p. m. 446. ad vo-  
τρίοντα σῶμα πνευματικόν. Habens in se vice animae Spiritum immutabilem, numquam abscessurum, conferuatorem & du-  
cem corporis, quem *Spiritum diuinam naturam* appellat Petrus II. I. 4. Irenaeus v. 12. & dicitur Spiritus circumdans in-  
tus & foris hominem. Tale corpus בָּשָׂר חַיִּים dicitur Aquilae in libro supra literas. Huius Spiritus archabo est  
Spiritus, qui in hac vita christianis datur. Vide Irenaeum v. II. &  
Tertullianum de resurrectione carnis. Eum Spiritum Tatianus animae aliam vocat.

(b) v. IOH. GERHARDI LL. theologic. Tom. VIII. p. m. 417. Cor-  
pora piorum ad vitam resuscitatorum, non solum incorruptibili-  
ta & innortalia erunt, sed etiam (1) glorificatae ac gloriose,  
quia inenarrabili decore, splendore & gloria, adeoque divino  
lumine, claritate & fulgore, velut pallio vescientur. (2) potentia,  
agilia, subtilia, quibus nec pondus nec grauitas oblitore poter-  
runt. (3) Spiritualia, non quidem ratione effentiae, erunt enim  
non πνεύματα, sed σώματα πνεύματα, ισάγγελοι erimus, non an-  
geli, aequales, non idem: sed ratione spiritualium qualitatum,  
non erunt amplius animalia corpora, cibi, potus, somni & a-  
liorum subsidiorum indiga, sed spiritualia, in quibus nulla carnis  
& spiritus lucta, sed quae imperio Spiritus perfecte subdita, quae  
plene a Spiritu sancto reguntur, quarum qualitatibus exemplar  
in Christi ex mortuis refutati, & ad dextram DEI collocati  
corpo, cui nostrum σώματον erit, nobis proponitur.

(c) In Commentario in quatuor Pauli Epistolas, p. m. 104. Spi-  
rituale corpus opponitur animali. Quod proinde non ita acci-  
piendum est, ac si corpus mutandum foret in Spiritum. Ve-

Altera itaque *actio*, a *Spiritu sancto* in *resuscitatione corporis fidelium peragendā*, erit *clarificatio corporis denovo formati*, & eius *Spiritualibus doribus ac qualitatibus insbruētio*. Et haec *actio* eminentiam summam  $\zeta\omega\piοιησεως$  τοῦ αὐγένου πνεύματος declarat. Non enim satis est, ut *Spiritus sanctus* corpora fidelium vitae restituat; sed illa ad vitam longe eminentiorem reuocanda sunt, ita, ut sint *ἰστάγμελοι*.

Haec vero *tertia Spiritus sancti actio in resuscitatione corporis fidelium efficienda subsequetur*, nempe *coniunction animae iam glorificatae, cum corpore & nunc glorificato*, quod vinculum tum omnem voluptatem excedens, tum nunc indissolubile erit. Sed sufficient haec, de argumento tam iucundo dixisse.

Ex his vero, *Commititones*, facile colligere poteritis, quod omnem fortunam longe anteeant fortunis suis, illi, in quibus sedem ac domicilium suum *Spiritus sanctus* collocauit; & quod tristior conditio ne cogitari quidem possit, quam eorum est, qui ἐνοικήσεως huius gratiosae se se expertes esse experiuntur. Quae excellentia, quae dignitas ei aequiparanda est: esse ναὸν Θεοῦ ζῶτος? Quae iucunditas cum ea comparari potest, qua credentes quotidie lumen, incitamenta, agitationem, solatium atque leuamen *Spiritus S.* in rebus etiam aduersis sentiunt; qua de veritate omnium religionis capitum fidei diuina certiores redditur; qua per *Spiritum vitae*, vitae spiritualis incrementa in dies capiunt; qua inenarrabili & omnibus irregenitis inexperto gaudio saepius perfunduntur; qua de resurrectione corporis sui mortaloris & futura aeterna beatitudine apud se ipsos triumphos celebrant; qua in ipso quoque mortis articulo, animo bono sunt & intrepido, plenique fiduciae, misericordiae huius seculi vale dicunt ultimum? Quae vero miseria ei adsimilanda, qua impii in tanta donorum *Spiritus sancti* vberitate atque ad-


fluen-

---

rum denotat corporis maiorem aptitudinem ad cooperationem mentis: quatenus nutritione non indigens, longe alio modo vivet, & a corpore menti representamina obiciuntur, nobiliori modo obiecta representent.

fluentia, vacui remanent atque indotati; abomanibiles atque detestandi sanctissimo D E O sunt; nullo urgentur diuinae gratiae stimulo; propter veritates religionis omnia tormenta superante ἀποτελεῖ torquentur; ex rebus diuinis voluptatem capiunt nullam; de iis, quae post haec fata expectanda sunt, in dubio versantur, ita vthuc atque illuc animi corum fluctuantes agitentur; in ipsa mortis hora animum abiicunt, nullam Numinis gratiam, nullum Spiritus sancti solamen experiuntur; cum animi desperatio-ne ex hac vita excedunt, per conscientiam suam conuicti, quod resurrectionis gloriose ad vitam aeternam, societatem petere aliquando non possint? Quae dico, cum hac miseria comparanda fuit? Iste Spiritus sanctus, o! Cives, cuius festum hodie nobis sanctum est; de cuius virtute, donis, efficacia, lumine & maiestate, externa nostra templa hodie resonant atque plena sunt iste, inquam, Spiritus hodie animam vestram, corpusque vestrum, vos totos sedem suam, domicilium suum constituere paratus est. Parate igitur animam vestram, vt eam occupare possit, per pias meditationes, per preces ardentes, per castigationem cupiditatum atque adfectuum. Perornate ipsi corpus vestrum, omniaque eius membra per sobrietatem, continentiam, castitatem. Sic πνεῦμα τοῦ πατρὸς οὗτοῦ τοῦ νοῦ, in animam vestram atque corpus tamquam domum suam immigrabit, & praesentia atque operationibus suis vos replebit; imo iucunde & cum summa voluptate vos frequentabit. Εἰς πατέρεχνον vero Φυλήν εἰσελεύσεται, οὐδὲ πατούσητε ἐν σώματι πατάρχεων ἀμαρτίας. Quaeritis, quosnam fructus ex inhabitacione Spiritus sancti percipiemos? Vitam! Vitam! quid vita dulcior: quid exoptabilius? Vitam spiritualem! vitam quoque aeternam atque beatam animac & corporis! Εἰ γὰρ τὸ πνεῦμα τοῦ ἐγείραντος Χριστὸν ἐν νεκρῷ σικῇ ἐν υἱῷ, δὲ ἐγείρεις τὸν Χριστὸν ἐν νεκρῷ, ζωοποιεῖς καὶ τὰ θυητά σωματα ύμῶν, διὰ τοῦ ἐνοικεύοντος αὐτοῦ πνεύματος ἐν ύμῖν.

P. P. die 28. Maii. MDCCXLVI.



[3g, Bl. 2, Bl. 133v]

82 L 1125

(X 2610694)

s at-  
di-  
nnia  
inis  
fata  
lluc  
hora  
Spi-  
tio-  
nui-  
fo-  
um  
G-  
vir-  
fra  
piri-  
otos  
Pa-  
pias  
cu-  
m,  
am,  
am  
bit,  
mo  
na-  
σώ-  
ex  
m!  
m!  
or-  
ζ εν  
σω-





7  
4

CHRISTOPHORI TIMOTHEI SEIDELII  
*COMMENTATIO*  
 DE  
**INHABITATIONE SPIRITVS SANCTI**  
 RESVSCITATIONIS CORPORIS FIDE-  
 LIVM FUNDAMENTO,  
 ET  
 OPERE SPIRITVS SANCTI IN RESVSCITATIONE  
 FIDELIVM PERFICIENDO.




---

*HELMSTADII,*  
 EX OFFICINA SHCNORRIANA  
 MDCCXXXVI.